



Anni sancti Mensis nonus September.

1. **A** Dolefcens è feptem Machabæis illis, de quibus Scriptura refert, primus, ad violandas Dei Leges per efum carnis incitatus fic refpondit Antiocho Regi: Quid quæris, aut quid vis difcere à nobis? Parati fumus magis mori, quàm patrias Dei Leges prævaricari. Verbis fidem fecit mors maximo animo tolerata *Ex L. Mach.* Non defunt tentationes ad violationem legum. Audiatur ex te vox illa: Paratus fum potius mori, quàm hanc Dei, hanc Sodalitatis legem prævaricari. Sed verbis facta refpondeant.

2. Sodalif Halenfis ubi tentari fe à dæmone advertit, repofuit: Cor à me petis dæmon? non illud ultra habeo: jam Deo meo confe- cravi. Alius Landishuti fic ajebat tentatus: Juravi, ô Domina, me nunquam te derelictu- rum, aut contra te aliquid facturum: quomo- do ergo hoc facinus audeam? Aliis nihil fre- quentius fuit, quàm repetitâ sæpe Marianâ for- mulâ, aut renovato Caftitatis voto, aut Soda- lis Mariani nomine velut fcuto tela nequiffima à fe arcere. *Flor. Mar.* Ecce varios tentationes excutiendi modos. Hos amplectere; gratiam
addere

addet Divina bonitas. Elige, quo præcipue modo posthac uti velis.

3. B. Stanislaus mirâ prorsus devotione & fervore preces persolvit. Facies orantis ignita plerumque & æstuans apparebat. Eousque vero orationem produxit sæpius, donec vires animi deficerent. Attentio pariter rarissima erat; quippe ne vel momentulum temporis distractiones sibi rapiebant. Idem prorsus de beato Aloysio legitur, qui gravius sibi esse aiebat mentem à Deo avocare, quam hanc ei tenere affixam. *Ex vita.* Rara profectò privilegia cælitus concessa. Tu tempus Orationis læto & alacri animo amplectere: tedium & distractiones excute: Reverentiæ exterioris memento.

4. Adolescens quidem vitæ liberioris ob neglectas Sodalitii leges frustra monitus, Sodalitate ejectus, magnis ad Tartara passibus properabat. Nocte quadam ut conscientiæ stimulos placaret, cujus nescio turpis libelli lectione animum divertere quærebat. Sed ecce tibi! fragore subito concuti ostium conclavis & recludi, intrare gigantea mulier vultu horrido hispido habitu, manibus pedibusque in ungues desinentibus. Furiam diceres avernalem. Hianre interim tremente, ac cælitum Reginam inclamante juvene, sic Furia illa: Frustra es: frustra eam appellas, à qua, ubi Sodalitium deseruisti, vicissim desertus es, merque potestati traditus. Meministi neglecta Sacramenta? contemptas Leges Marianas? Spreta monita?

nita? impiorum consortia? pudorem profligatum? ob hæc & alia scelera potestati meæ es traditus, rapiendus jam ad inferos. Dixit, & unguis exeruit fatale monstrum, in miseram irruit. Repetit ille, & qua voce potest, exclamat: Sancta Maria Mater Dei & Virgo ego te in Dominam, in Patronam eligo. Et vide Virginis clementiam! Adest illa, vultu quidem velata; jubet bono animo esse, Confessionem seriam parare, Sodalitati se reddere, vitam emendare. Obsecutus in omnibus adolescens vitam deinceps egit longè sanctissimam. *Hort. Mar.* Mariam si deseris, à Maria vicissim desertus es. Sed quid est à Maria deserere? quo ibis à Maria desertus? An non eadem tibi in morte scelera dæmon objiciet? quo tuo metu? jam fuge, ne objicere possit. Specialem experitur favorem juvenis hic: tu sperare discere, sed non præsumere. Favorem Marianam cupis? Age quod Maria juvenem hunc monuit.

5. S. Jacobus, quem Intercisum vocant, cum Christi fidem deserere recusaret, jussu Isderdis Tyranni membratim concisus est. Terribile hoc supplicium futuræ gloriæ spes certissima consolabatur. Sic enim membra sua Heros inclytus alloquebatur: Ite, ite membra; tolerate dolores pro Dei gloria: erit, cum recipiam vos mirabili splendore decorata. *Ex Vita.* Res est, quæ animare te in quovis tædio & labore possit, futuræ gloriæ memoria. Manus tuæ, pedes, oculi, si Divino cultui consecren-
tur,

tur, fulgebunt luce mirabili in perpetuas æternitates. Nepigeat igitur ea in oratione, in studiis, in templo ad Dei gloriam impendere.

6. S. Trudo liberiores sociorum vitam libetrimâ voce arguebat. Idem egit S. Fridericus, præsertim si quem in æde sacra ridentem conspexit aut indecorè fabulantem. Uterque Dei offensam impedire laboravit, neque aliorum disteria aut risus curabat. *Spec. Juv.* Scilicet, Deum amanti res intolerabilis est videre offensas Dei optimi, & tacere. Quantum subinde una amici monitio prodesse posset! quot peccata impedire! si carpere & monere refugis, defer ad eum, qui ad id ex officio tenetur. Nosti hoc aut illud inter condiscipulos tuos flagitium: audis sermones pudori inimicos: scis conventicula periculosa? Taces? serpet flagitium; lues pestifera totum fortè Gymnasium corripiet, antè quàm Præsidi innotescat. Quid respondebis Deo, tu tot scelerum per reticentiam maledictam reus? An dices? cur aliorum odia mihi concitem! quid ad me? studiose: Qui Deum amat, is nullius hominis odium, quin nec ipsam mortem in Dei causa formidat. Vel ipsam mortem lætus obibo (dicebat Sodalis quidam à suis agrè plagis acceptus, quod condiscipulorum quorundam flagitia ei, cui debebat, aperuisset) si peccatum vel unicum impedire sic mihi liceat.

Spira in Germania seculo priore Juvenis nimio auti studio & amore accensus nuptias cum Heterodo-

*æa parabat. Iter ad consilium impium erat tepor in
suspensione SS. Sacramentorum & cultu B. Virginis.
Monetur miser : intentantur mina. Non movetur.
Aurum excacaverat miserum & vita, quam iucun-
dissimam speraverat. Verùm delusit spes concepta
juvenem infelicem. Vix etenim voti impii com-
pos factus, repentino morbo prosternitur, atque
intra triduum contabescens, nullo dato pœnitentie
signo miserrimè expirat. Ann. S. J. Non impunè
contemnitur Deus. Aurum præ fide & pietate erat
juveni cæco : ergo pietatem & fidem perdidit : au-
ro acquisito frui non potuit. Sors misera hominis
Deum quocunque demum proposito bono deserentis !
An non deseris & tu ? si peccas graviter, Deum de-
seris. Et quantilli spe boni deseris ? Tacet jam Deus,
quia patiens est ; erit, cum puniet, quia Iudex iu-
stissimus est.*

7. Chilenſis Sodalis non antè S. Communi-
onem accedere solitus fuit, quàm post diutur-
num jejunium, noctémque orando traductam.
B. Aloysius post susceptam S. Eucharistiam à
fratre è templo per famulum evocabatur : at
ille non nisi elapsis duabus horis obsecutus est,
dicens : Deum propter homines deferendum
non esse. *Ex Vita & Ann.* Habes quæ ante &
post S. Communionem imiteris. Quò major
præparatio, eò uberior gratia. Noli mirari, si
post tot Ss. Communiones exiguam advertis
morum emendationem. Præparatio tua qualis
sit, vide. Conare deinceps esse ferventissimam.
Opus grande est, neque enim homini præpara-
tur

tur habitatio, sed Deo. Post S. Eucharistiam susceptam fac congruum semper tempus impendatur. O quàm acerbis digna lacrymis eorum hominum cæcitas est, qui nobile adedò tempus in suum commodum adhibere non sciunt! Statue hic, quod animæ tuæ utile est, & in crastina S. Communionem opere ipso exhibere incipe. Fructus respondebit æternus.

8. Berchmannus in tentatione ad B. Virginem recurrens agebat: Ne me deferas, ô Maria, ne me fallas. Filius tuus sum: Tu scis quia juravi. Item: Testor me velle vincere & mori ut verum Mariæ filium. *Ex vita.* Nata est hodie Maria Virgo. Nascatur in te novus in ejus honore & amore fervor. Eam tu velut Matrem venerari statue. In quo verò te filium ostendes? In ec certè, si quæ filius Matri debet, eidem exhibeas. Filius Matri debet reverentiam, amorem, obedientiam. Reverere, ama Mariam: obedi voci ejus: eam non offende. Divinum oraculum est: Maledictus, qui exasperat Matrem suam. Illud etiam nota: In tentatione memor esto, quid B. Virgini toties promiseris; scilicet: nihil te dicturum aut facturum contra B. Virginem. Hujus memor tentationi fortiter resiste.

9. S. Edmundus Castitatem voto promissam conservaturus præter constantem B. Virginis cultum hæc adhibuisse legitur media: 1. Mulierum consortia multò magis munera ab illis fortè submissa velut pestíferas quasdam incan-

incantationes averfabatur. 2. Abſtinentiæ
 prorsus mirabili, & quidem à puero ſtudit;
 quâ non modò delicata quævis reſpuebat, ſed
 pane, ſæpe ſolo & aquâ vivebat. 3. Mortifica-
 tionis diu noctûque memor fuit, ubi ubi de-
 mum ſeſe offerebat occaſio. *Ex vita.* Caſtita-
 tem Angelicam ſervare velle, & ſimilia velut
 dura nimium aut incongrua rejicere, inſanire
 eſt. Examina hodie, quid tu pro deſenſione
 virtutis hujus præclariffimæ agas? quid dein-
 cept agere velis?

10. Patroclus, Adoleſcens quidam à propo-
 ſito vitæ ſanctioris conſilio per oblatas mundi
 vanitates avocari ſenſim ſe permiferat. Cum
 ecce ab Angelo Cuſtode ei in ſomnis exhiben-
 tur innumera ſalutis pericula, graviffima bea-
 titudinis impedimenta, quæ in ſæculo occur-
 rerent. Vix iſta conſpexerat, & alium planè ſe
 ſenſit. Evanuit omnis mundi amor; revixit
 propoſitum primum: mundo valedixit; ſalu-
 tem in ſanctiore ſtatu quæſivit & reperit. *Lechn.*
 Tuum eſt in electione ſtatûs ſalutem & ejus pe-
 ricula æque ac media attendere. Non eligen-
 dus eſt ſtatus, qui magis aridet vel tuo, vel pa-
 rentum genio; ſed ubi ſalutem tuam ſecurius
 operari te poſſe exiſtimas; Si divina bonitas &
 Sodoma ſæculi hujus exire te jubet, tu verò
 miſeris ejuſdem illecebris inſcatus vocanti
 Deo morem non geris; *Væ* animæ tuæ! mi-
 ſeræ ſunt illecebræ, ubi tot pereundi pericula.
 Finem ſpecta, ſalutem tuam; hæc quod jubet,
 exequere.

11. B Aloysius consuetâ dum volebat, mortificatione non contentus, morti proximus flagellum adhuc petiit, quo in se animadverteret. Quæsitus verò, an non angeretur, quod vitam suam nimis mortificationibus abbreviasset, reposuit: Nullatenus angor. *Ex vita.* Non angêris & tu in morte, sed ingens hauries solatiû, si recordati poteris mortificationum licet levium in cibo, potu, somno aliisque rebus susceptarum. An verò solatiolum hausturus sis cogitans tecum gaudiola & commoditates, quibus non sine Dei offensa jam frueris, tumetipse judica. Non memini legere fuisse aliquem, qui in morte solatium ex orio? ex illicitis consortiis, ex divinorum incuria senserit. Hoc legi, fuisse, qui morti proximus sic condiscipulos suos allocutus est, & Deum: O mi Deus, quare neglexi? quare rot concessos mihi dies vanis locutionibus expendi? cur meipsum neglexi? O vos omnes, qui adestis, qui florem juventutis adhuc & tempus habetis, me respicite, meoque periculo & damno sapite. Ita iste è lecto velut cathedra ad suos loquebatur teste Cæsario. Alrum hæc tibi imprime, & ne eadem deplorare cogaris, Aloysium jam sequere: pro hora mortis sollicitus, nulla horre aspera; nulla difficilia in Dei obsequio occurrentia.

12. S. Antonius postea Patriarcha de rebus Divinis libentissime loquebatur cum suis. Hauserat ex lectione spiritali axiomata quædam sacra quæ sociis frequenter ingerebat: qualia

qualia erant hæc : Nihil magnum nisi quod
ad immortalem gloriam ducit. Berchmannus
sic cum suis convenerat, ut de rebus sacris lo-
querentur, narrando exempla, quæ è lectione
sacra hauserant. *Ex vita.* Hæc scilicet loquela
Sanctorum est : hanc discere. Turpiloquium &
omnis immunditia ne nominetur in vobis, ait
Paulus.

Sæculo priore Juvenis quidam puellam quandam
insanè duperibat, quam cum ratione nullâ ad Dei
offensam posset impellere; Necromanticum hominem
accedit, pecuniam ei offert, si cupiditatis nefanda ex-
plenda occasionem procuraret. Ille juvenem circulo per
parvimentum ducto includit, severè imperans, ne suo
injussu aut pedem aut manum inde emoveret. Mox
ad stygias adjurationes conversus varia oculis spectra
exhibet. Tandem ipsa persona imago representatur.
Juvenis scelerato astu victus, præcepti immemor,
manus in amplexum expandit. Nec mora; à damo-
ne arreptus parieti alliditur, fluentēque cerebro exa-
nimis raptatur ad Tartara; aternas imaginaria vo-
luptatis ponnas daturus. Nonelli. O momentum,
quod recreant! ô aeternum, quod cruciat! ô verè
paululum mellis, quod gustare voluit improvidus, &
aeternum peris. Discere quid sit cogitatione etiam uni-
câ Deum offendere. Una cogitatio, desiderium unum
turpe te deturpare ad stygem potest. Ah expavesce,
& occurrentes animo cogitationes periculosas illicò
expelle. Vivit adhuc justus ille & terribilis Deus,
qui eâ ipsâ quâ peccatum paras herâ, aeternis te po-
test adjudicare supplicis. Time! cave!

13. Nobilis in Belgio Adolescens parente mortuo opes omnes decoxerat. Ergo patriâ egreditur : Villicum comitem assumit hominem impium. Quærebat hic ex juvene, an opes recuperare veller ? & annuentem ad nemus de nocte adducit, sistit dæmoni ut famulum recens auctorandum. Dæmon vim auri ingentem promittit, si Deum ejuraret juvenis. Obsequitur miser. Instat dæmon, ut & Mariam ejuret. Tum enim verò exhorruit, idque se facturum negavit dicens : Potius ostiatim stipem mendicabo, quàm Mariam ejurem. Hæc ubi protulit, Jesu & Mariæ nomina inclamans, dæmonis infidias evasit. Postridie ad B. Virginem confugiens, errorem acerbè deplorans, per eam mirabiliter divino Judici denuò conciliatus est. *Fusè Hort. Mar.* Ejuras Mariam, quoties peccas graviter : & tamen facilis adeò es in re horrida ? Agnosce & detestare scelus, & novum concipe pro futuris feriis propositum : Potius stipem mendicabo, potius omnia agam & patiar, quàm Mariam ejurem ; quàm hanc vel filium ejus offendam. Constans etiam esto in persolvendis iis, quæ magnæ Matris honori offerre soles indies. Infelicem cense diem illum, quo Mariam non colis.

14. Emanuel Goensis Sodalis à Saracenis captus, ad fidem deferendam elicitabatur : Hic verò : Potius, ajebat, omne supplicii genus subiturus sum, quàm Jesum & Marianum negem vel deseram. Neque generosus dixit, quàm fecit.

Mar-

Mortem acerbissimam æquissimo animo toleravit. *Pexens.* Ex quando similem ex te vocem audiet Custos Angelus tuus? quando simile spectabit constantiæ exemplum? Non tibi admoventur gladii, non intentantur supplicia, ut Deum, ut B. Virginem deseras & offendas. Levis tentatio est, leve tædium; horror difficultatis; amor commoditatis, &c. & Deum, & B. Virginem deseris, proposita toties facta violas, peccata reperis. Hicne tuus in B. Virginē amor? surgat tandem in animo tuo fervor imitandi gloriosos ad eò prædecessores tuos Sodales. Statue hodie constantiam in pietate, in studiis, &c.

15. B. Aloysius hoc fecit servavitque propositum: Nunquam eò inducar, ut amore Patris Deum offendam: potius eam Patris inimicitia in exilio per orbem vagabor, quàm in re minima à Dei voluntate discedam. *Exvina.* Quam tu de Dei amicitia æstimationem habes? ostende hoc, dum invitaris à sociis ad loca illicita; ad peccatum. Non dubita eos offendere, illis displicere, ne Deo displiceas. Nihil age in gratiam hominis, quo Deum offendas. Quid enim proderit tibi totius mundi favor, si favorem Dei perdideris. Hoc solum à te rogo, agebat Sodalis quidam moriens, ne tuus hostis fiam, ô Deus; & ne projicias me à facie tua.

16. Crispus Constantini Magni Filius, raræ yennustatis & fortitudinis, rarioris innocentie adolescens erat. Novercam habuit Faustam.

Hæc scelestæ amore accensa nil tale suspicantem Crispum ad diabolicum flagitium pellicere causa est. Exhorruit castitas Crispi ad petiitum impudens, animoque generoso & preces Faustæ & minas conculcans, fugâ sibi consuluit. Faustæ amore in odium verso innocentem Crispum sceleris gravissimi apud Constantinum accusat; à quo non auditus oblato in cibis veneno trucidari iussus est. Mortuus est innocens, mori malens, quàm turpi ad eò scelere se obstringere. Innocentia ejus ab ipsa Faustæ orbi manifestata, æternum honoratur in cœlis. *Pexenf.* Non absque causa toties generosa scelerum fuga inculcatur. Peccatum fuge, & salus tua in tuto est. Heroo opus est animo, dum tentatio occurrat. Nec preces h., nec minæ curandæ. Cœlum respice; illic æterna generoso animo merces paratur. Quid prodesset Crispo, si peccato olim consentiens, jam hæreret inter inferos? idem tibi proderit.

17. Theodorus postea Siccorum Archimandrita, adhuc puer, viri cujusdam sanctitatis famâ illustris Stephani virtutes, præcipuè mirabilem inter cibos delicatissimos abstinentiam imitari studuit; attento semper oculo eum observans. Multis id eò favoribus à S. Georgio ad constantiam animatus legitur. *Spec. Juv.* Placet Sanctis eorum imitatio: Huic stude, & majores Sanctorum favores in necessitatibus tuis experieris. Attende etiam pia Studiosorum teo-
um viventium exempla, & ea æmulare; aut certe

certè proposita indies documenta amplectere.

18. Anonymus inscio Patre cœnobium ingressus monebatur per litteras, ad patrias ædes ut rediret. Gaudia & libertatem promittenti Patri sic filius sapiens respondit: Legem moriendi è patria nostra tolle, ô Pater, & revertar illic: hanc si non tollis, ignosce, si ad mortem me paraturus in cœnobio remaneam. Drexal. Memoria mortis sanctiorem vitam persuasit: Hæc nauseam terrenorum iniecit. Moriendum est & tibi. Quæ tua est præparatio? an felicem tibi hac ratione mortem promittis? Examina hodie, quid in morte egisse optares, & hoc age. Suasit S. Ignatius deliberaturo, ut eum statum eligat, quem moriens electum à se optaret. Sequere monitum S. Patris.

Tragicum revera Societatis maledictæ fructum vidit Gracum in Styria. Adolescens castissima primum vita, unius improbi consortio eò paulatim deductus est, ut demoni se certis legibus devoveret. Devovit se; plurimis in sceleratissima vita annis perseveravit. Nihil frequentia in scholis monita, confessiones & communiones in templis, nihil Dei mina obstinatissimum juvenis animum flectebant. Comprehensus denique à Magistratu seculari, morti adjudicatus est. Felix in eo, quod ad hanc, quantum quidem judicari poterat, sollicitudinem se disposuerit. Mortuus ergo est inter manus caritatis, qui aetate primâ exemplar omnium erat & gaudium. Ann. S. J. Ah infelix eq; & frequens tentatio! Scelerata societas ô quoties ex Angelo Sathanzam efficit! Alium est de pietate tua, de salute, si hac

in re tibi non carvas. Studiose, huc curas omnes converte, salvare si cupis. Detestare, abominare consortia quacunque suspecta: alias te paulo post intruens lumbis subito mutatum ab eo qui eras; id est ex innocente factum nocentem, ex Angelo Daemonem. Neque enim scelus adeo dictu cogitaturve horrificum est, quod administrare horreat seductus juvenis.

19. Friburgensis Sodalis admissio scelere quodam terrificis conscientiae stimulis agitata, quo se verteret ignorabat. Urbem deferere statuit; viam aggreditur, ad silvam pervenit. Adest Dæmon virum senem mentitus comitem se jungit: Causam viae inquit; multa, si sequi vellet, promittit; contemptim de usu Rosarii & cultu B. Virginis loquitur; verbo, quis esset, aperte nimium manifestat. Majore perculsus horrore fugam parat juvenis, nec nisi Sanctis nominibus inclamatis invisum comitem à se abegit. Tum in se regressus inspirationi internæ obtemperans pudorem vincit, peccatum in confessione exponit, optatam illicò quietem consecutus. *Flor. Mar.* Frustra es, si conscientiae turbulentæ aliud quam à confessione remedium quæras. Peccasti? ejice quamprimum ex anima hostem tartareum. Præstat modicam subire molestiam, quàm continuis conscientiae stimulis agitari in vita; æternum torqueri post vitam.

20. S. Elzearius sic semetipsum allocutus legitur: Mariæ cliens sum; ergo malè perire, aut cælo excidere non possum. *Ex vita.* Idem tibi

promitte, si verè cliens Mariæ es. Verus cliens Mariæ Mariam non offendit : omnia ei displicentia removet. Quid tu? An perges Mariam offendere peccato hoc? hac consuetudine pravâ? Cliens Mariæ non es malè, itaque salutè metuo : Nisi hodie incipias te clientem tantæ Virginis exhibere.

21. Aletinus quidam Sodalis post exactam cum singulari laude pueritiam, mores planè alios sociorum scelere seductus induit. Ibat jam per scelera præceps; cum nocte quadam semisopito terribile apparet monstrum, æthiopem referens: Hos ungues jamjam exerere, involare in miserum, faucesque ei elidere videbatur. Non habens unde opem peteret, infelix juvenis Virginem à se desertam invocat. Apparet hæc ei, timoremque simul & spem his vocibus ingerit : Mox cruentas æthiopis manus senties, nisi ad pristinum vitæ genus revertaris. Revertere! Confitete! reversus est postea, & præsentis percussus timore periculi vitam vivere coepit eam, quæ B. Virginis opem certius promitteret. *Sod. Parib.* Vides amorem B. Virginis? vide & minas. An non his ipsis te vocibus compellat: Pœna imminet: Imminent Tartara! convertere seriò. Age pœnitentiam! esto constans! Deus non irridetur! mutanda est vita: Sic ad cœlum non itur. Sensisti tales in animo voces: cujus erant? Matris clementissimæ. Non vult illa interitum tuum: non vult mortem tuam. Convertere ergo exemplo Soda-

lis hujus , & posthac Deo vive & animæ tuæ.

22. S. Bernardus adhuc adolescens ab impiis quibusdam ad scelestâ tentatus , voce maximâ exclamat : Latrones ! latrones ! & sic clamans eos in fugam coniecit. *Ex vita.* Latrones sunt, qui insidiantur Castitati tuæ : Latrones, qui ad illicita invitant : Latrones sunt, licet intimos se amicos nuncupent , vitam tibi rapiant, & innocentiam. Fuge illos. B. Stanislaus eos, quos prouiores ad impia aduertit , non secus ac pestem devitabat. Edmundus idem fecit, recessit à sociis suis, & tum temporis à Christo Domino visitari meritus est, & instrui. B. Aloysius piis solum associari voluit. S. Hermenegildus mori maluit non suscepta etiam Ss. Eucharistiâ, quàm cum Ariano impio habere commercium. *Ex vita.* Declina ab illis, qui animæ nocere possunt : eorum aucupare societatem, qui bono exemplo sunt cæteris.

23. Neoburgensis Sodalis audiens peccari posse turpia audiendo, de consilio Confessarij sui votum fecit fugiendi auditionem sermonum turpium. Cum verò postea in socios inhonestâ effugientes incideret, spreto aliorum risu aures digitis occludit, fugit è cubiculo. Eustadianus similes sermones & à Patre quidem audire coactus in convivio, cum monita nihil prodesse, relicto prandio discessit : Patrem etiam objurgare ausus erat, quod effronter adeò loqui non erubesceret. Excanduit Pater, & manum ad infligendum colaphum extendit,

rendit : filius mox & alteram maxillam præberet, addens, se Dei Castitatisque tuendæ gratiâ non verbera solum; sed & vulnera ferre paratum. Quo dicto Pater manum retraxit, veniam erroris à Deo & filio petiit. *Flor. Mar.* Rideant, qui volunt : tu ubi sermones tales audieris, aut severè increpa, aut fugam arripe. Periclitatur Castitas, si liber pateat sermonibus per aures accessus. Una sæpe vox inconsideratè audita, innumerarum tentationum, ipsiusque postea interitûs causa fuit. Fuge.

24. B. Aloysius licet ab omni graviore labe purissimus semper vixerit, in innocens tamen & tenellum corpus suum flagellis ciliciisque ad cruorem usque ad eò desæviit, ter saltem septimannis singulis; ut fidem legentium audientiumque superet. Monitus à matre, modum ut poneret crudelitati immaturæ, respondit Angelus : Permite Mater, ut tantillo impendio noxas meas redimam. Oratio flagellantis hæc erat : Domine Jesu pro me ad columnam plagis concise, offero tibi hoc suppellicium meum, rogòque per sanguinem tuum, ut des mihi gratiam ad vitandas offensas tuas, &c. *Ex Vita.* Quis animus tuus? Non stupescit in puero animus? non erubescis ad has Angeli voces? innocens erat : labeculas minimas tanto rigore expiabat. Tu majorum scelerum reus quid agis? nihil? & tamen idem cælum desideras, quod Aloysius? si tibi flagelli usum suaderem, quid diceres? sanè aut Ju-

ventus nostra insanit, aut insanivit, Aloysius cum sanctis aliis Adolescentibus, qui mortificationes ejuscemodi sibi omni tempore familiares habuere.

Adolescens peccatis turpissimis assueverat, saepe eadem confessus; saepe in eadem relapsus fuit. Confessarius post frequentes monitiones vice quadam verbis, quibus poterat, efficacissimis, persuadere conabatur misero, ut tandem conatus serio in peccati extirpationem incumberet. Audiit adolescens, & ducto intinè suspirio; Pater, aiebat, quid diutius dissimulem? dicam paucis: Non possum me emendare: non possum hoc peccato abstinere. Consuetudo altas nimium egit radices. Actum est. Territus hac voce Confessarius nihil non egit, ut vel terrore vel spe miserum a mente hac abduceret. Sed frustra egit, semper enim reposuit: Pater, si vel apertis hic infos viderem, meo tamen peccato abstinere non possem. Quo dicto sine Absolutione dimissus, in peccatis perrexerit liberè, mortuus miserrimè. Segneri. O consuetudo quid es? quanta vis tua? Studiose mi, exhorresce, & dum parva est consuetudo mala, fac ut eam extirpes: quò eam forvebis diutius, tantò eradica bis difficilius; & demum (quod avertat Deus) orco inferes. Extirpari potest jam, si serò velis. Fac quod Sodalis ille, qui indies manè propositum ad mittendi certum peccatum renovavit, vespere servam sibi ipsi pœnitentiam injunxit, si errorem admissum per diem adverterit: hoc fac, & vincetur consuetudo.

25. B. Aloysius diem Nativitatis suæ singulis

his annis festum habebat : eum singulari fervore expendebat , gratias Deo & Patronis tutelariis persolvendo pro beneficiis à primo vitæ momento concessis, *Ex Vna.* Imitare. Diem Nativitatis , diem Nominis tui speciali devotione celebra : si potes , sacram Communionem perage : gratias Deo age pro beneficio Baptismi, & aliis per tot annos concessis gratiis. Item gratias age Angelo tuo Tutelari & Patrono nominis tui : renova fervorem in servitio Divino : renova devotiones tuas : totum Deo te consecra.

26. Juvenis Polonus czeco in peccata maxima impetu ferebatur : sæpe agnito salutis periculo meliora proposuit ; sæpe proposita deseruit. Nocte quadam sensit in somno corpus suum verberibus acerrimè castigari, his minis additis : Infelix quando tandem te corriges ? Resipisce aut pœna imminet. Relictæ in carne vibices & dolor non inania fuisse somnia docuerunt. Resipuit ad hæc juvenis, & constans permansit. *Sod. Parth.* Displicet Deo inconstantia. Quoties promittis meliora ? quoties peccata repetis ? an non easdem sæpe in animo voces percepisti ? Infelix quando tandem te corriges ? Imitare resipiscentem Juvenem : peccata detestare : constans persiste.

27. Berchmannus moriens tria hæc commendabat : 1. Amorem erga B. Virginem. 2. Orationem devotam & assiduam. 3. Levis etiam peccati fugam. Cordubæ Sodalis mor-

xiturus adstantes suos amplectens, eos obtestabatur, ne ullo peccato se obstringerent, sanctissima mysteria saepe & devotè obirent. *Ex vita & Ann.* Hæc eadem ego à te sub anni finem peto & obtestor: hæc tu aliis commenda, hæc fac & vives.

28. Memoratu dignissima est Juvenis cujusdam, quem Nicetam vocant, pro castitate pugna & victoria: Jubente Decio Tyranno in hortum amœnissimum ductus fuerat, nec non lectulo suavissimo plumas inter & rosas impositus. Ne verò vim diabolicam excutere posset, manibus juxta ac pedibus ligabatur. Sed Heroum animum quis ligare poterat? Accessit propudiosa mulier, quibus poterat blanditiis ad flagitium invitavit. Nicetas non habens, quo pugnare posset, inaudito ad eum diem exemplo linguam sibi præmordet, præmorsam in impudentis faciem evomit, ruborémque ei & consilium sceleratum excutit. *Drexel.* Dignum cœlo spectaculum Juvenis pro Castitate decertans. Nunquam arma defunt castitati. Hanc si impugnari his feriis aut alio quovis tempore senties, vires omnes & robur collige: pugna fortiter: certa viriliter. Est in cœlo Deus, qui coronam Victori parat immarcescibilem.

29. S. Antonius Archiepiscopus deinde factus, adhuc puer singulari affectu S. Michaellem profecutus est: ad ejus templum indies accedens multas ejus honori preces persolvit. Similem

lem devotionem S. Bonaventura, S. Franciscus
 alique Sancti habuerunt. *Ex Vita.* Imitare.
 Patronus morientium est Sanctus hic Archang-
 gelus : cum invoca : sæpe repete illas Eccle-
 siæ preces : Sancte Archangele Michaël, de-
 fende nos in prælio, ut non pereamus in tre-
 mendo iudicio.

30. Carolus S. Brigittæ filius à matre San-
 ctè educatus, præcipue in cultu B. Virginis so-
 licite instructus, immaturo fato obiit. Mater
 de filii statu sollicita B. Virgini supplicat, ut in-
 dicaretur filii in orbe altero conditio. Adest
 S. Brigittæ Maria Virgo, & de filii felicitate se-
 curam fecit, affirmans se morienti assistisse, &
 contra dæmonem defendisse. Objecit etiam
 speciem aliquam iudicii divini, cujus clausula
 hæc iudicis vox erat : hic meus matrisque meæ
 Servus æternum vivat. *Pexanf.* Defendit Ma-
 ria Carolum morientem ; sed cur ? rationem
 ipsa hanc dedit : quia Carolus adeò B. Virgi-
 nem amabat, ut diceret, malle se æternis igni-
 bus torqueri, quam committere, ut aliquid de
 honore Virginis demeretur. Imitare devotio-
 nem hanc, ut B. Virginem habeas in morte
 propitiam.

*In urbe Lubricensi Adolescens imparo puella cu-
 iusdam amore tenebatur ; ab hoc nec iactura rei do-
 mestica, nec moxita parentum, nec Dei timor eum
 poterat avocare. Consumptâ hereditate, mater
 patre defuncto miseriam ejus videns, pecuniam no-
 vam suppeditabat pro vita sustentanda ; serio mo-
 nens abstineret tandem opes suas in foedus adeo res*
essun-

effundere; nihil se deinceps suppedituram; licet in-
 riendum etiam foret. Nihil hoc moratus impius,
 pro fusis denovo opibus novas à matre vi extorquere
 laborabat, stristo eam ense petere non veritus: Quod
 facinus ubi Magistratus publico innotuit, infamiam
 intentabat & supplicium. Neque sic motus, ut vi-
 veret liberior, lupanar publicum petiit, ibi vitam
 cum dilecta sibi furia acturus. Et egit sanè, sed
 miseram, pauperemque adeò, ut ipse vitam exosus
 mortem sibi inferre decreverit. Cultrum ergo è cu-
 lina rapit, abit in hortum, vestes dissuit, nudat pe-
 ctus & tento ad ligneam horti maceriam sine ma-
 rubrii, ne scilicet vi ruina cederet, tanto impetu
 se in cultelli aciem agit, ut firmissimo pectoris osse
 transosso ferrum ipsam dorsi spinam violaret. Hoc
 saucius vulnere corruit in terram; profluum vero
 cruorem cernens immam furore agebatur, quod nec
 sic invisum spiritum posset evomere. Hinc cultrum
 in pectore defixum huc illuc agitare, lacerare visce-
 ra, & sic impium tandem exturbare spiritum. Ann.
 S. J. Possibilè est, ut eo usque juvenis bene educati
 audacia deveniat, mortem adeò terribilem sibi magis
 ipsi consciscere? Ostendiose, eo res delabatur, si vel
 uni passioni indomita non eatur obviam; si non ex-
 tirpetur, dum potest. Caca est passio quæcumque, nec
 celum videt, nec inferos. An talis in te nulla?
 illa ludendi potandique libido; ille amor non ad id
 ingenuus, ille viam tibi ad flagitia omnia & ex his
 ad stygem parare potest. Time & mortificationem
 adhibe, compesce inclinationes ejusmodi fædas.
 Non somnias tu jam, terribile adeò exitum; nec
 adolescens ille sub initium somniaverat. Cave.

Ann